WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 129r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



virtutum, dixit princeps prima primi ca° de virtutibus
naturalibus ministrantibus. operationes per motum existunt.
frigiditas vero paraliticum facit. et mortificat. omnibus
contraria operationibus quod palam fit, hiis qui in
summo frigore iter agunt. quorum prope immobiles
manus senciuntur. Unde inquit hyppocrates
quinta particula aforismorum. frigidum. spasmos.
thetanos. nigrores. et febrium rigores facit
Ad quod supra verbo nigrores galienus ait.
Calore naturali a frigore consumpto, a quo
flos et rubeus color, corporis nostri conservatur.
nigrum colorem subsequi, necesse est. Preterea
addit hyppocrates Ulceribus frigidum mordax.
et cutem indurat. puta non ulceratam. Quoniam
spiritus in ea concludendo. poros continet. Et dolorem
sine sanie facit. quia calore naturali infrigidato,
saniem vulneribus, et quod dolorem faciunt. dissolui non
permittit

Caput secundum de nocumento frigide aque. Quibus membris quoque modis, humano officiat corpori

Adducere libet, hyppocratis verba ex
tercio acutorum morborum ubi ait aque
vero, nullum opus inveni, nisi quia
in acutis bibitur morbis que neque in ip-
sa pleuresi, vel peripneumonia, sitim vel